Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

peccatoribus et cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Qui locuntur pace cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. Da illis secundum opera ipsorum: et secundum nequitiam adinuencionum ipsorum. Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retribucionem eorum ipsis. Quia non intellexerunt opera domini et in opera manuum eius destruet illos et non edificabit eos. Benedictus dominus quoniam exaudiuit uocem deprecationis mee. Dominus adiutor meus et protector meus. et in ipso speraut cor meum et adiutus sum. Et refloruit caro mea: et ex uoluntate mea confitebor ei. Dominus fortitudo plebis sue: et protector saluationum xpi sui est. Saluum fac ppl'm tuum domine et benedic hereditati tue et rege eos et extolle illos usque in eternum.